



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

De Ioanne, Hvivs Monasterii Abbatte XXVI. qui præfuit annis 10. mensibus  
3. diebus 4. & varijs gestis illius temporis.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

M C C L X I I .

*Richardus  
eremita ob-  
it.*

Anno Volpoldi abbatis 18. qui fuit dominicae nativitatis 1262. obiit Richardus eremita, sacerdos quondam & monachus nostri ordinis in Alsaria; in eremitorio suo iuxta Paffenborn calendis Nouembris, hoc est in festiuitate omnium sanctorum, qui multis annis duram in arctissima poenitentia duxerat vitam.

*Philippus  
Hoensels  
excommunicatur.*

Eodem anno Wetnerus archiepiscopus Moguntinus Philippus de Hoensels, quem Richardus rex reuersus in Angliam capitaneum in partibus Rheni constituerat, excommunicavit, supponens terram eius ecclesiastico interdicto, propterea quod curtes & bona clericorum Moguntinensis in dominio suo sita, nouis & inconfuctis exactiobus & precarijs nimium grauaret, sepiusque admonitus noluiset desistere. Verum postea mutato proposito, iniustas exactiones cleri presumptas remisit, factaque inter eos concordia absolutus fuit.

M C C L X I I I .

*Archiepi-  
scopus Co-  
loniensis a ci-  
vibus desi-  
natur.*

Anno autem Volpoldi abbatis 19. qui fuit dominicae nativitatis 1263. ciues Colonienses post longas contentiones, bella & damna Engelbertum archiepiscopum suum in ciuitate existentem, nihilque tale suspicantem, vna cum Theoderico de Valckenburg fratre eius, in quadam domo subito concludentes, ad conditiones pacis compulerunt, quanquam nulla fuerit deinceps concordia in ter partes illae conservata.

*Comes lu-  
bicensis.*

Eodem anno o inter praefatum archiepiscopum & comitem luliensem magnificordia fuit, quae vsq; ad arma succeruit. Ad bellum itaque partium copiae procedentes, archiepiscopus auxilio Henrici Traiectensis episcopi & Hollandinorum fretus, luliensem superauit multis occisis.

M C C L X I I I .

*Augustini-  
ferrariensis  
Wormia-  
num.*

Anno sequenti qui fuit Volpoldi abbatis 20. dominicae nativitatis 1264. fratres eremiti regulae sancti Augustini, quos vulgus Augustinenses appellant, Wormaci amantes conuentum & coenobium iuri ordinis, sibi construxerunt, episcopo Euchardio sentiente, eisibusque auxilia & subsidia conferentibus.

*Ioannes ab-  
bas Span-  
heimensis  
obit.*

Eodem anno 11. calendas Maii, obiit Ioannes septimus abbas monasterij mei Spanheimensis, cui successit Petrus abbas octauus, & praefuit annis 25. & mensibus 4. quae ecclesiam in Genzingen, cum iure patronatus, decimis & omnibus prouentibus eius, anno 130 giminis sui primo donavit canonicis maioris ecclesiae Moguntinae, in perpetuam posse fionem pro augmento praebendarum corundam.

*Vrbanus  
papa obit.*

Eodem quoq; anno obiit Vrbanus papa quartus, & vacauit Apostolica sedes mensibus quinque, vlsq; in sequentem annum, proprie dicordiam statutum.

M C C L X V .

*Clemens pa-  
pa.*

Anno sequenti qui fuit Volpoldi abbatis 21. inchoatus dominicae autem nativitatis 1265. posteaquam sedes Apostolica quinque mensibus vacauerat, in sumum pontificem electus fuit Clemens papa quartus, natione Narbonensis, ex villa sancti Egidi, & praefuit annis 3. mensibus 9. diebus 21. vir sancte conversationis & prophetic spiritus dicebatur) illustratus, qui Hadwigem quondam ducissam Poloniae, viduam mire sancte tatis, canonizatam, sanctorum catalogo cum magno honore acripsit.

*Volboldus  
abbas Hir-  
sagensis  
obit.*

Eodem anno Volboldus abbas graui tritus infirmitate, 5. calendas Martij diem clausit extremum, bona confessione & sacramentis ecclesiasticis talibriter præmunitus, anno regiminis sui 20. cum diebus totidem expleso, vir modeste cōuersationis, & multum circa statum rei familiaris sollicitus: licet monasterium in utroque statu suo tempore, etiam sub alijs quibusdam abbatibus non parum cefecerit, quemadmodum in sequentibus dicitur.

### DE IO ANNE, HVIVS MONASTERII ABBATE XXVI. qui præfuit annis 10. mensibus 3. diebus 4. & varijs gestis illius temporis.

*Ioannes ab-  
bas Hirsa-  
gensis.*

Mortuo atque sepulto Volpoldo abate, anno ac die prescriptis, iuxta morem ecclesiasticæ traditionis, fratres huius monasterij, ne viduitatis sua diu cogenerentur, deplorare incommoda, diem pro novi pastoris electione constituerent, penultimam mesis Februarij, in ipsa conuenerunt, premissisque orationibus consuetis, & reliquis que in actu electionis fieri consueverunt, post variosiater se tractatus habitos, tandem maior & senior pars loaninem priorem huius coenobij in abbatem elegit, ceteris in diversis alios divisit, qui tamen electioni maiorum cedentes, omnes in cum unanimiter consenserunt.

Eclodus

## CHRONICA IO. TRITHEMII.

193

Electus autem, & per episcopum Spirensim Henricum de Liningen confirmatus, ac secundum laudabilem consuetudinem solenniter ordinatus, praeiuit huic monasterio Hirsau-gensi in ordine abbatum sextus & vigesimus annis 10. mensibus 3. & 4. diebus. *Vita & ori-*  
*go Ioannis abbas.*

Hic natione Bauarus erat, qui sub Euerardo huius coenobij abbate 23. monachus factus, ac deinde prior sub Volpoldo prædecessore suo constitutus, disciplinam debilem quam reperit, cōtinuauit. Tandem vero abbas ordinatus, regularis obseruantæ integritatem parum curauit, sed potius externa sequebatur, pompas imperii & gloriae vanitatem. Interabates sui temporis non erat ultima reputationis, propter famam percelebrem monasterij Hirsaugensis, quam priorum abbatum sanctitas, non facile delebilem dudum multis laboribus & abstinentijs acquisiuit. Ordinis enim nostri sacratissimi patris Benedicti obseruantia, *Ordinis no-*  
*stri defer-*  
*matis.*

tempore huius abbatis, in omnibus pene monasterijs Germanica nationis usq; adeo defecerat, ut pristinæ institutionis vestigium nullum in moribus cerneretur. Omnia corrupta erant, omnia collapsa, monachi simul cum abbatibus in precipitum vitorum corrue-  
*Abbatum*  
*gesta in ob-*  
*tinuum ad*

Nemo hanc ordinis nostri deformationem curabat, nemo condoliuisse vifus est, non rex, non papa, non principes, non denique presul ullus de monachorum reformatio- ne quipiam cogitauit. Tam enim publicæ fuerunt transgressiones monachorum, ut licite putarentur. Vnde factum est, ut abbatum huius monasterij gesta & actitata, ad nostram memoriam abhinc usque ad Fridericum abbatem 37. paucissima sint deducta, propter temporum obscuritatem & negligientiam, ignorantiāq; monacherum.

20 Anno prænato, quo Ioannes electus fuit in abbatem, Iringus episcopus Herbipolensis & clericus, multas iniurias à ciuibus sustinuit, pro quibus tandem ipsi ciues in dicens & duobus millibus argenti marci satisfacere & ad obedientiam Episcopi redire compulsi sunt. *Civitas Her-*  
*biopolensis.*

## M C C L X V I.

Anno Ioannis abbatis 1. qui fuit dominicae nativitatis 1266. obiit præfatus Iringus de Reinstein, primus & quadragesimus episcopus Herbipolensis, vir constans & bellico-sus & magnanimus, cui succedit Bertholdus de Sternberg, & præfuit anni quasi 18. *Iringus epi-*  
*scopus Her-*  
*biopolensis*  
*obiit.*

Eodem anno Carolus rex Siciliæ ab Urbano papa constitutus, Manfredum regem & Sueviæ ducem Friderici Imperatoris secundum filium, non longe à Benevento superatum, crudeliter intermit. Quo mortuo Conrado quem Itali Conradinum appellabant, Friderici quondam Imperatoris ex Conrado filio nepos, adolescens pulcherrimus, dux Sueviæ ultimus, regnum Apuliae iure paterna hereditatis repetit, sed per Clemencem papam 4. & Carolum Provincie comitem (de quo supra diximus) cum iniuria repulsus, ad regnum non peruenit, imo post biennium ab ipso Carolo miserabiliter occisus fuit. *Manfre-*  
*dus rex in-*  
*termitur.*  
*Conradus*  
*dux Suevi-*  
*æ.*

## M C C L X V I I.

Anno autem Ioannis abbatis 2. qui fuit dominicae nativitatis 1267. fundatum est in ciuitate Spirensi monasterium fratrum predicatorum S. Dominici, ex eleemosynis ciuium ac aliorum fidelium, cum consensu Henrici eiusdem ciuitatis episcopi. *Conventus*  
*predicato-*  
*rum Spire-*

40 Eodem anno maxima inter ciues & consulatum Coloniensis ciuitatis seditio fuit exorta. Nam cum rectores ipsius urbis ciues grauare viderentur intolitis precarijs & exactionibus, ciues prauorum consilio vni, se consolati temere opposuerunt, & concitata seditione grauissima, prouidentesq; ad arma, se mutua congreSSIONE in ipsa ciuitate petentes armis vulnerarunt, non paucis vtrobiq; occisis. *Coloniensis*  
*ciuitatis se-*  
*ditio.*

## M C C L X V I I I.

Anno Ioannis abbatis 3. dominicae nativitatis 1268. Conradus Friderici Imperatoris ex Conrado filio nepos, dux Sueviæ ultimus, collecto ex Alemania, & undeunque potuit auxiliatorum exercitu, Apuliam contra Carolum ingredi statuit, & regnum recuperare paternum. Quem Carolus in finibus Albani agri superatum cepit, & nobilissimum iuuenem crudeliter interfecit. In quo illustrium Sueviæ ducum genealogia defecit, in qua Romanum imperium plusquam centum & viginti annis tuto quiescens, incrementa sui accepit. *Conradus*  
*dux Suevo-*  
*rum occidi-*  
*tur.*

Eodem anno pridie nonarum Iunij, obiit Henricus Traiectensis episcopus, anno Episcopus  
 pontificatus sui 25. cui succedit Ioannes de Nassav. His temporibus milites ad inuicem  
 dimicantes nocturno tempore in partibus Hollandie cum armis in aere apparuisse fer-  
 tur. Quod prodigium magna gentis illius calamitas subsecuta fuit. Surrexit enim vulgus Prodigium,  
 indomitum contra principes & nobiles terra, & cōspiratione facta omnes extinguere ac Bellum wa-  
 sianum.  
 penitus delere nobiles vñanimi cōsensu decreuit, sibiique omnino dām vindicare libera-  
 tatem.

R

*Sotularia  
rusticorum  
confederatio.*

*Confederatio Sotularia finit.*

tem. Conuenientes igitur in maxima multitudine armati, exercitum ingentem prodicunt: venientesque Traiectum, à ciuibus ut defensores libertatis libenter admissi sunt, qui statim omnes nobiles de ciuitate cum ignominia eiecerunt, bonis eorum in pauperes & egentes distributis. Inde progredientes oppida, castella & munitiones nobilium multis obtinuerunt, & quasdam funditus destruxerunt. Deinde cum oppidum quoddam Harlem nomine in Gelria situm fortiter obsidione vallarent, oppidanis industra ciuidam militis, auxilioque pontificis Traiectensis praefati & comitis Gelrensis vii, confederatos illos Sotulariae factionis bello vicerunt, multis captis, pluribus occisis. Et sic ad nihil redacta Sotularia rusticorum societas euanuit.

M C C L X I X.

Anno Ioannis abbatis 4. dominicae autem nativitatis 1269. magna inter Bentheim episcopum Heribolensem & comites de Henneberg, castello, & Hoenloe, dilectionem nomine in Gelria situm fortiter obsidione vallarent, oppidanis industra ciuidam militis, auxilioque pontificis Traiectensis praefati & comitis Gelrensis vii, confederatos illos Sotulariae factionis bello vicerunt, multis captis, pluribus occisis. Et sic ad nihil redacta Sotularia rusticorum societas euanuit.

*Bellum apud Kitzingen.*

Anno Ioannis abbatis 4. dominicae autem nativitatis 1269. magna inter Bentheim episcopum Heribolensem & comites de Henneberg, castello, & Hoenloe, dilectionem nomine in Gelria situm fortiter obsidione vallarent, oppidanis industra ciuidam militis, auxilioque pontificis Traiectensis praefati & comitis Gelrensis vii, confederatos illos Sotulariae factionis bello vicerunt, multis captis, pluribus occisis. Et sic ad nihil redacta Sotularia rusticorum societas euanuit.

Eodem anno quidam de ciuitate Coloniensi proscripti, ad Engelbertum archiepiscopum Bonnæ morantem cōfugerūt, à quo benigne sunt recepti, pro eo quod cum Colonienibus non bene concordaret. Qui consilio accepto Coloniam noctu accedentes per occultum meatum sub terra, per quēdam precio factum intrare volentes, ciuitatem tradere in manus ipius pontificis laborabant. Sed consilio deterto nihil profecerunt, et multi hac occasione mala perierunt.

M C C L X X .

Anno Ioannis abbatis quinto, dominicae nativitatis millesimo ducentesimo septuagesimo, Clemens papa quartus moritur, vacuitque sedes fere ad biennium.

Eodem anno inter Engelbertum archiepiscopum Coloniensem & ciues, pac & cordia, mediante Alberto Magno Ratisponensi episcopo, facta est.

Hoc ipso anno multæ seditiones in ciuitatibus diuersis, & bella inter principes terrena plura fuerunt, non solum in Alemania, sed in omnibus prouincijs adiacentibus, & multa millia hominum ecciderunt.

M C C L X X I .

Anno sequenti, qui fuit Ioannis abbatis 6. dominicae autem nativitatis 1271. in die 14. post biennalem vacationem sedis apostolicae, cardinales in pontificem Romanum elegerunt archidiaconum Leodiensem, Theobaldum nomine, ex tempore in Asia cum exercitu Christianorum contra infideles pugnantem: quem Viterbum euocans papam circuauerunt, dictusque est Gregorius decimus, & praefuit annis 4. vir tanto dignus honore, si tamen mortalis homo dignus censeretur tenere in terris locum & vicinatum Domini nostri Salvatoris in celo präsidentis. Consilium generale Lugdunum celebrauit anno pontificatus sui secundo, in quo multi cardinales, archiepiscopi, abbates, aliquae diuersi gradus prælati comparuerunt: multa ad electionem summi pontificis, ad expeditionem in Saracenos, ad unionē Graecæ Latinæq; ecclesia, & ad pacem Christianorum pertinenter mature statuentes. Ibi comparuit Palæologus Imperator Constantinopolitanus cum magno comitatu, qui tertiadecima vice in sententiam Romanæ ecclesie Graecos suos toties deficientes consilio necessario pertraxit.

M C C L X X I I .

Anno Ioannis abbatis 7. dominicae nativitatis 1272. obiit Henricus de Liningen, p̄scopus Spirensis septimus & quadragesimus, in die S. Prisci virginis, hodie est 15. cal. Februarij: sepultus in maiori ecclesia Spirensi, sub marmore albo: cui succedit Fridericus de Bolandia, ex sorore nepos, 4. nonas Martij, & praefuit annis 30. vir bonus & strenuus, qui bene rexit ecclesiam.

Eodem anno obiit Engelbertus secundus, archiepiscopus Coloniensis quinq̄agesimus primus, Bonnæ in ecclesia sancti Cassij sepultus. Cui succedit Siphridus de Westerburg, & praefuit annis 24. mensibus 5. vir laborum patiens & belli non ignorans.

M C C L X X I I I .

Anno Ioannis abbatis 8. dominicae autem nativitatis millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, Gregorius papa 10. audiens dissipationem Rom. imperij, & spolia depredationesque in Alemania nimias, quæ Imperatore nullo existente fiebant, mandauit principibus, ut infra tempus certum, iuxta facultatem sibi traditā, regē imperio idonum eligerent: alioquin ipse Romano vellet imperio de rectore prouidere.

Conue-

*Gregorius papa 10. electus.*

*Engelbertus archiepiscopus Coloniensis obiit.*

*Henricus Spirensis obiit.*

Anno Ioannis abbatis 8. dominicae autem nativitatis millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, Gregorius papa 10. audiens dissipationem Rom. imperij, & spolia depredationesque in Alemania nimias, quæ Imperatore nullo existente fiebant, mandauit principibus, ut infra tempus certum, iuxta facultatem sibi traditā, regē imperio idonum eligerent: alioquin ipse Romano vellet imperio de rectore prouidere.

Conue-

## CHRONICA IO. TRITHEMII.

195

Continentes ergo anno prescripto apud Franckofordiam principes, post multis variisque tractatus, in regem Rom. tandem ynanimiter elegerunt Rudolphum, comitem de Habsburg, tunc absentem, & Basileam cum magno exercitu obsidentem. Qui mox ut audiuit se in regem Rom. electum, soluta obsidione, cum magno apparatu ad Franckofordiam venit, descendensque cum principibus ad Aquisgranum, munus consecrationis ex more suscepit. Ibi principes iurata pace & obediencia in manibus noui regis, sua ab eo feudalia suscepserunt, promittentes ei coram quocunque firmam fidelemque pro viribus assistentia.

Rudolphus itaque regno suscepto strenue regnauit annis 18. & mensibus 10. Pacem reformauit in terra, pradones compescuit, & multa eorum praesidia munitionesque destruxit, reparauit collapsum pro viribus imperium, & plura quae fuerant alienatae a regno, in breui suo labore & industria recuperauit. Vxorem habuit Elisabeth filiam Burchardi comitis de Haierloch, de qua genuit filios tres & quatuor filias.

Primus filius fuit Albertus, quem postea ducem Austriae fecit, qui Adolpho in regno Rom. successit, ut suo loco dicemus. à quo Maximilianus rex noster illustris, cum omnibus Filiis Rudolphus annis 19. regni. Austriae ducibus qui in terea fuerunt, descendit. Secundus filius Hartmannus, non longe à Basilea in Rheno fuit submersus. Tertius filius fuit Rudolphus comes de Habsburg, & dux Suciæ, qui filiam Odachari regis Bohemiae duxit vxorem.

Prima autem filiarum nupsit Wenceslao fratri regis Bohemiae. Secunda nomine Filia regis Mechanilis, Ludouico comiti Palatino Rheni. Tertia, Alberto duci Saxoniae. Quarta vero, Carolo regi Apuliae. Rudolphus itaque rex inclitus de ciuitate in ciuitatem, cum exercitu progrediens, ut verus dominus ubique suscipitur.

Pater autem Rudophi regis fuit Alberus comes de Habsburg, qui quondam fuit Landgraus Alsatiæ, capitaneusque ciuitatis Argentenensis, vir bellicosus, cuius multa feruntur bella fortiter gesta: post cuius mortem in locum eius ipse consurgens, sicut leo in medio pastorum, ita cunctos aduersarios superauit sinc timore. Comitatum Kyburg, Baden, & Mersburg, de manu comitis Sabaudie, bellico apparatu adhuc comes vendicauit, & Molenberg, Gretzingen, Durlach, & magnam partem Suciæ obtinuit.

M C C L X X I I I I .

Anno Ioannis abbatis 9. qui fuit dominicae nativitatis 1274. Euerhardus comes de Wirtenberg, comes de Monsfort, comes de Helfenstein & comes de Dockenberg, cum alijs undecim comitibus, certisque nobilibus, Rudolphum regem conspiratione facta aut capere, aut interficere summo pere laborabat. Contra quos magnum produxit exercitum: omnesque vicit, & ad obedientiam sibi & imperio perpetuo obligauit, pacemque in omni terra circumquaque ab Italia usque in Angliam itinerantibus firmissimam restituit. Cumque principes ad instantiam Romani pontificis regem sape admonerent, quatenus pro corona imperij Romanum profici serceretur, respondebat: Multos Alemanorum reges Italia consumpsit, non ibo Romanum, Rex sum, Imperator sum, sec minus pro utilitate respub. me faciurum confido, quam si Rome suissim coronatus. Regnans itaque annis (vt diximus) ferme 19, imperij coronam à summo pontifice non accepit, ex causa quam dixit.

M C C I X X V .

Anno Iohannis Abbatis 10. dominicae nativitatis 1275. Rudolphus rex circa festum assumptionis B. Mariæ semper virginis, cum magno exercitu profectus est in Bohemiam contra Odacharum regem, terras imperii occupantem. Mortuo enim priori anno sine liberis duce Austriae, ducatuq; ipso cum comitatibus Thirolis & Carinthia, Romano imperio vacante, Bohemorum rex praedictus, terras ipsas quodam iure hereditario allegato, sine imperio auctoritate inuadens occupauit. Rudolphus autem in regem Rom. sublimatus, ipsum per literas admonuit, ut iniuste ablata imperio restitueret, alioquin periculum expectaret. Cuius mandata contemnens, astantibus dixit: Videte rem novam, comes de Habsburg, qui exercitus nostri capitaneus et seruus maiestatis nostræ fuit, nobis 50 mandata direxit ut dominus. Per coronam nostram, non erimus obedientiarij eius.

Vnde commotus rex Rudolphus, producto in Bohemiâ exercitu, cum bello superauit, & ad pacta subiectiōnis coegerit, quem postea (sicut dicemus) promissi violantem, anno regni sui quarto rursus proelio superans occidit, & ducatum Austriae filio dedit.

Eodem anno Gregorius Papa 10. obiit, Aretij sepultus: cui in pontificatu successit Innoctius 5. & praeuit mensib. tantum sex, ut optimus, de quo omnia bona sperabantur. Hic Petrus de Tarantasia, fuit antea vocatus, ordinis fratrum predicatorum S. Dominici, Theologus doctissimus, qui super quatuor libros Sententiarii, & quedam alia, profundissime scripsit, & papa factus omni studio pacem reformare in Italia studuit.

R 2

*Ioannes ab-  
bas huius  
loci obiit.*

Anno quoque dominica nativitatis prænotato, Ioannes huius cœnobij Hirsaugensis abbas sextus & vigesimus, febrium graui molestia tactus, tertio die nonarū lunij, ab hac mortali vita migravit ad æternam, anno regiminis sui decimo, cum tribus mensibus, quatuorq; diebus exacto, cuius corpus in maiorī monasterio est humatum.

**DE VOLANDO, HVIVS MONASTERII ABBATE XXVII. QVI  
præfuit annis 6. mensibus 8. diebus 14. ac varijs gestis.**

**P**Ost mortem Ioannis 26. huius monasterij abbatis, quæ contigit (sicut diximus) tertio nonas lunij, anno dominica nativitatis 1275. eodem die post sepulturam eius, conuenientes ad locum capitularem fratres paftore carentes, post multos variosque tractatus inter se habitos, Volandum quendam ciudem loci monachum, in abbatem elegerunt qui mox confirmatus & ordinatus à Friderico de Bolandia episcopo Spirensi, præfuit huic monasterio annis 6. mensibus 8. diebus 14. homo penitus inutilis, dissipator subslatiae monasterij, qui voluptates secatabant & solitaria carnis: cui de obscurantia regulari non erat curia, de regimine publicæ honestatis & profectus cogitatio nulla. Natione fuit Alsaticus, non longe ab Argentina oriundus, qui de monasterio Gengenbach, sub domino Ioanne abbatte, nescio qua occasione venit ad Hirsaug. suscepimusq; à fratribus ad conuentum, vñ user ipsiſ faetus est. Mortuo autem abbatte Ioanne, ingenio & arte in cuius locum sufficiens, male rexit, & multa bona monasterij in paucis annis distraxit impignorando, vendidit & alienauit.

Anno nanq; regiminis sui 2. vii dicemus decimam valde proficiam alienauit iniuste, ac sine consensu diocesanis & fratribus.

M C C L X X I I .

**O**dacharius rex Bohemiae occiditur. Anno Volandi abbatis 1. qui fuit dominica nativitatis 1276. cum Odacharuster Bohemiam pæta, quæ anno priore Rudolphore regi Rom. promiserat, non seruaret, denique rex Rudolphus cum magno exercitu Bohemiam ingressus, Odacharum bello supertrans occidit & rotum regnum suæ ditioni subiugavit.

**C**omites de Halßburg. filii: duces Austriae. Porro ducatum Austriae, imperio (vt supra diximus) vna cum Stiria & Carinthia, filio suo primogenito nomine Alberto contulit, ipsumque de consensu principum, exco mitum numero in collegium ducum collocavit: & sic domus Austria ducatus, ad comites Halßpurg imperiali munificentia deuenit, & penes eos manet usque in præsentem die. Ab hoc Alberto duces Austriae usque ad Maximilianum qui hodie regnat, & filium eius Philippum Brabantie ducem, omnes per ordinem descenderunt, quemadmodum in sequentibus dicemus.

**I**nnocentius papæ obiit. Anno prænotato obiit Innocentius papæ quintus, ordinis fratrum Prædicatorum, Roma in ecclesia Lateranensi sepultus. Huic in pontificatu successit Orthobonus patria Genuensis, S. Hadriani diaconus cardinalis. Innocentij papæ nepos, dictus Adrianus quartus, & prefuit mensa uno, diebus decem, & obiit Viterbij ante munus consecrationis, in conuentu fratrum Minorū ibidem sepultus. Ille pontifex Rudolphum regem per literas & nuncios in Italiam vocat, ad comprimendam Caroli regis Siciliae potentiam: qui oblitus beneficiorum Innocentij papæ 4. qui regnum legitimis ablature hæreditibus Conrado & filio eius Conrado, sibi contulerat, Roma omnia pro arbitrio agebat, Deo iniuriam illorum vindicante. Verū Rudolphus Bohemico implicitus bello, pontifici fatis facere non potuit. Adriano quoque infra dies 40. mortuo, Petrus episcopus Tusculanus, patria Viterbiensis, in pontificatu succedens, Ioannes 21. est vocatus, & præfuit mensibus 8. quo tandem mortuo, Viterbij noua super eum camera ruente, sedes Apostolica sex mensibus vacat. In medicinis & philosophia doctissimus erat, & multa scripsit. E quibus summa quædam extat, quam Thesaurum pauperum appellant, opus profecto iucundum, delectabile, & in medicinis non inutile.

M C C L X X V I I .

**V**olandus secundus emendat. Anno Volandi abbatis 2. qui fuit dominica nativitatis 1277. ipse Volandus abbas conuiujs & voluptatibus nimium deditus, monasterij substantiam prodigaliter amicis suis & consanguineis alijsque inutilibus personis distribuendo expendens, cum pecunie deficerent, res cœnobij immobiles distrahere & alienare coepit. Et in primis quidem decimam cum omni prouentu in Elmendingen & Wyl partem medium vendidit, ingraue & perpetuum huius monasterij dispendium: ipsamque pecuniam in vñs suorum expendit, nō ad profectum posteritatis, quemadmodum oportuerat. Alia quoque nōnulla monasterij bo-